

/ Clarissime Domine. Cum litteris vestris Epistolam R/mi D'ni
Antistitis vestri Malderi ^{recepti} Visum mihi quoque est adjungere
litteris meis ad te responsionem meam ad Episcopum vestrum, ut per
eum accipiat ipse responsum: per quem ego accepi epistolam. Et cum
non habeam aliud quod scribam, et alioqui plenus sim occupationum
non levium, finem facio: Deum orans ex animo, ut festa natalitia
tibi, et toti familiae tuae felicissima esse concordet. Romae die 24
Decembris 1616.

Clariss/ae D.T.

Amicus ex corde

Robertus Card/lis Bellarminus.

D.Balthassari Moreto Typographo Antverpien.

Anvers.Musée Plantin. Ontvangen Brieven LXXVI f.605.